



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 10. Spiritus aliquando vera, aliquando ex aëre, aliáue materia facta
corpora assumere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

potest, ita è conspectu abiisse dicit, ut imminen-
tem quercum ingenti impetu colliserit, ac per-
fractis ramis funditus euerterit, ipseq; con-
sternatus atque exanimis diu iacuerit. Cre-
debat enim, quòd à vero non abhorret, nisi pra-
uidisset, illum in rapidissimos vortices, & va-
ragines fluminis praaltas se fuisse necaturum.
Quis neget hunc dæmonem corpus assum-
sisse? Sed pedes occuluit longioribus tuni-
cis; quas aquam ingressurus attollere est
coactus, vt bestia infernalis è vestigio suo
cognosceretur. Vtinam & alij eundem spi-
ritum omnis mali machinatorem agno-
scerent, cui sese in stagnum ignis ardentis
deportandos tradiderunt. Quàm illi altè
exclamarent, quàm citò ab eius humeris
resilirent, neque se deferri ad Stygios vo-
rtices permetterent? Ad hoc Deus hos ma-
los genios plerunque non finit corpora
assumere, nisi monstrositate notata, vt, si-
cut Iudæi ex assuta plagula, noscantur, &
horreantur.

§. X.

*Spiritus aliquando vera, aliquando ex aëre
aliauè materia facta corpora assumere.*

Si igitur vera quoque corpora assumunt
Spiritus, qualianam sunt corpora illa? ve-

D d 5 rorumné

Aug. lib.
3. de Tri-
nit, c. 10.

rorumné Æthiopum, draconum, leonū?
Respondet D. Augustinus, spiritum posse
assumere corpus verum animalis præexi-
stentis, vel etiam de nouo formare corpus,
vt illud assumat. Potuit igitur seductor in
specie serpentis cum Eua confabulatus vel
esse spectrum serpentis, vel verum animal;
vti & quando in larua incedit aliarum be-
stiarum. Et deprehensus est Spiritus sæpe
assumere corpus animalis præexistentis,
quin etiã cadauer hominis defuncti. Quod
cùm fit, monent authores, non permitti
dæmoni, circa corpora eorum, qui iusti &
in diuina amicitia ex hac vita decesserunt.
Est enim hoc diuinæ amicitia non consen-
taneum. Maiorem habet potestatē in cor-
pora eorum, quorum & animas habet su-
biectas. Potest igitur ea mouere, portare,
& in ijs se præbere tangendum, palpandū,
videndum. Quod fecit in illo, quem cu-
riosum & magica imperitè tractantem in
musæo Cornelij Agrippæ occisum, postea
à Cornelio domum redeunte, ac adiuran-
te coactus est, tanquam viuum in forum
producere, vt in rixa percussus, videretur
inibi etiam interemtus. Frequentiùs tamē
spiritus assumit corpus, quod ipse ex spif-
sato

S. Bona-
ment. in
2. p. dist.

fato aëre, aut alio elemento, concurrente aliqua mixtione subtilium corporum, per artem Angelicam applicatorum, & se inuicem transmutantium, vt ex eis vna substantia resultet apta ad talis corporis representationem. Aiunt Angelos sanctos fumere hanc materiam ex purioribus corporibus, quæ in superiore parte aëris inveniuntur; à dæmonibus autem ex locis terrestribus humidioribus, & fortasse immundis ac cœnosis, eò quòd, in pœnam suæ malitiæ, aliud eis non permittatur.

§. XI.

*Ob quas causas tam turpis appareat superbus
alioqui Spiritus?*

Animaduertite igitur, mortales, qualem aduersarium; attendite, peccatores, qualem dominum; videte magæ & saggæ, qualem sponsum habeatis; ex qua materia corpus gerat compactum, aut qualia de patibulis, vel rotis, vel bustis cadauera mutuet, vt se vestiatur, & vobis ornet. Animaduertite, qua forma se vobis sistat; quã ater, quã teter, quã squallidus, quã monstruosus appareat? Putatis, hoc superbum illum spiritum libenter facere; qui vtique mallet in specie pulchra, regia, caelesti

lesti